



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

4. In Juramento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

Doct. Qui etiam dicunt quod de expensis funeris inter laicos possit iudex secularis cognoscere, secus autem inter clericos: adde *Feli. in cap. quanto ult. colum. de judi.* qui post Antho. tenet quod de iure funerandi quando quaestio juris funerandi consistit in facto, per laicum cognosci potest, allegat *Bar. in l. Titius, ff. solu. matr. & in l. omni. C. de Sacrosanct. Eccles.* & in *l. quotiens C. de jud.* ubi dicit quod de casu spirituali cognoscit laicus ubi quaestio non est juris, sed facti.

4. In Juramento.

Quarto fallit in juramento, quia licet materia juramenti regulariter sit fori ecclesiastici, & non secularis secundum gloss. in *cap. cum sit generale. de foro. compe.* & in *cap. predicandum. 22. questio. 1. Hosti. in cap. tuam. de ordi. cogni. Sicul. in cap. significante. de pigno. & Docto. in cap. venerabilem de elect.* veruntamen ubi agitur vel excipitur de juramento ommissa disputatione an valeat vel competat absolutio: sed solum ut observetur, tunc est fori mixti: de seculari patet in *cap. licet mulieres, de iurejurat. lib. 6. unde Sicul. in cap. ex literis de sponsa. in quarto no. dicit quod pro implemento sponsaliorum juratorum adiri potest iudex secularis, de ecclesiastico est text. in *cap. si. de foro. compe. lib. 6. unde Imol. in cap. cum contingat. de iurejur. tenet dari optionem actori coram quo velit jurantem convenire, quod reputat utile, propterea quia juramentum saepe intervenit in contractibus ideo Sicul. in *cap. cum venissent de insti. commendat cautelam apponendi juramentum, ut duplicetur forus idem. Bald. in l. 1. C. de re. cre. Et istud optime sciunt mercatores.***

346 DE POTESTAT. SECUL.

Et intellige etiam in casu, quo de jure civili juramentum est inefficax: nam etiam coram seculari agi poterit etiam si materia feudalisi fiat, quia ratione juramenti potest vasallus trahi ad forum ecclesiæ, adeo quod cognoscendo de juramento, cognoscat etiam de proprietate feudi: tenet *Cal. in titu. de iureju. consilio. 2.* dicens esse casum *in capitulo novit. de iudi.* istud tamen facile non admitterent domini temporales iudices.

Item ubi ageretur ad pœnam perjurii, quoniam uterque competens est inter laicos *dist. cap. novit. juncto capitulo rex debet 23. qu. 5, not. Ludo. consilio. 412.*

ADDE

Judex secularis perjurum potest declarare, & punire, vide Romanum Singulari 425. Hoc verum, si clarum sit, quod pejeraverit reus alioquin ad judicem secularem non spectat sed Judex ecclesiasticus aditur, quando dubium est an juramentum valeat. Idem Romanus 426. Ubi plura allegantur, Mattheus Boyß Doct.

Et idem ubi ageretur de compellendo recipientem turpe juramentum, ut illud relaxet juxta, *cap. 1. de jurejuran.* quia hoc etiam facere potest judex secularis, sicut enim cogere potest ut licitum servetur, ita ut turpe relaxetur, ut voluit Ludo. Ro. in singula. ver. juramentum.

Item

Item hæres defuncti non efficitur de foro ecclesiæ occasione iuramenti per defunctum præstiti, secundum *Ioan. And. in cap. fi. de sepul.* quem sequuntur *Antho. & Sicul. in allegat. cap. cum sit generale. de foro compe.* & *Domi. in cap. fi. de foro compe. lib. 6.* per tex. ibi *in ver. & à se &c.* licet contrarium fervetur in curia spiritali Archiepiscopali Tholosæ, ubi sæpenumero vidi coram me tanquam officiali conveniri hæredes super observatione iuramentorum præstitorum per defunctos, & ista fuit opinio Abbatis antiqui *in cap. veritatis de dolo & contu. vide Sicu. in alleg. cap. fi.* ubi dicit quod indirecte contra hæredem implorato officio iudicis ecclesiastici agi potest ut hæres satisfaciatur exonerando animam defuncti jurantis, & sic procedere potest opi. Abbatis antiqui. Si autem vellet agere actione, ex eo contractu non potest, & sic procedit opi. Io. An. & doct. ad hoc vide quæ scripsi *in decisione Capella. quest. 415. in addi.*

Item adde *Bal. in l. i. colum. C. de ope. libe.* dicentem: Quod de nuditate iuramenti, quod non habet consensum, ut quando est interpositum super contractu simulato, satis potest cognitio spectare ad sæcularem, quia iuramentum carens consensu non habet spiritum, & iudex sæcularis potest cognoscere super consensu, ergo necessaria conscientia super iuramento, sed ut ait, domini mei Canonistæ dicunt quod super omnibus dubiis spiritalibus Eccles. cognoscit, & quicquid est dubium trahunt ad suum molendinum, & de facto communiter ecclesiæ defertur, & est pars tutior: dicit tamen idem Bald. *in l. patronus ad fi. C. eo. tit.* Quod si lex præsumit simulationem in contractu, nec est necessaria probatio hominis, non oportet adire. Epif.

Episcopum, ut ff. de proba. l. qui testamentum. & ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. Ticia & §. codicilis. & fac. ff. de pac. l. jurisgentium. §. & generaliter. in l. ult. ff. ad munic.

Adde quod princeps temporalis potest super juramento dispensare, pro quo videtur tex. in l. fi. ff. ad municip. in princi. & in l. fi. ff. de re mili. & pro hoc gl. in l. adigere. §. si super ver. l. iulia. ff. de jure patro. quæ no. quod lex habet vim apostolici ut juramentum remittat, ita Bal. in l. nec patronus. C. de ope. liber. ubi dicit quod lex civilis potest remittere juramentum ex causa, sicut potest remittere Papa ita tenuit Guido Papa quest. 194.

A D D E.

Quod traditur in l. final. ad municipales principem secularem posse dispensare super juramento, id correctum est ex canonistarum sententia. Panormita: de decimis. in cap. Tua. Juramentum enim mere ecclesiasticum est. Ergo secularis potestas gratiam facere non potest cap. venerabilem. de electionibus. Iason. in l. ult. Qui sacrisdare cogantur. Ferrarius Cautela 16 Sed id in Camera non est receptum, ut notat Gelius observ. 22 & 25 Minsing. obser. 99 cent. 4. Mattheus Boyß Doctor.

Sed videtur, salva correctione, quod princeps secularis non possit dispensare super juramento ratione spiritualitatis quam in se habet juramentum, ut patet ex no. in cap. venerabilem. de elect. & per gloss.

gloss. ff. in cap. cum sit generale. de fo. compe. per Sicul. in cap. significante. in primo. no. de pigno. & Hosti. in cap. tuam super gloss. de ordi. cogni. & per. Doct. in cap. ff. de foro compe. lib. 6. nec ob. leges & gloss. in contrarium allegatum primo, quia prædictæ leges hoc non probant, & ideo dicunt Salic. & Bald. in allegat. l. nec patronus, quod iuramentum non remittitur à lege, sed secundum legem super contractu disponentem interpretatur, nam secundum Bal. in allegata. l. neo patronus in casu illius. l. conditio liberorum videtur excepta, ideo iuramentum non relaxatur, sed ad casum liberorum non extenditur.

Et quia favor tertij videtur à iuramento excipi. argum. in cap. venientes. de iurejuran. lex enim civilis potest interpretari iuramentum, & statuere quod se non extendat ad casus illicitos, ut l. de quibus ff. de legi. & ff. de lega. i. l. si quis inquilinos in ff. Adde Sicul. in cap. quemadmodum de iurejuran. ubi dicit quod respectu iuramenti standum non est legi civili, cum iuramentum non sit de foro suo, cap. novit. de judi. & præallegat. cap. venerabilem. ad fin. in authent. ut clem. apud pro episcop. §. si vero ecclesiasticum col. vi. Adde quod posuit infra super regul. 4. versio. 46. circa ff. vide latissime per Iasonem in authent. sacramenta puberum. col. penul. & ultim.

Item iudex sæcularis potest cognoscere de nullitate absolutionis à iuramento factæ per eccles. nec tenetur eam sequi injustam, tenet Pet. de Anch. consil. 382. per no. Io. An. in cap. cum iure. de offic. dele. & cap. i. de offi. ordi. ubi dicit quod iudex sæcularis non tenetur exequi præceptum iudicis ecclesiastici, de cuius injusticia est certus vel suspicatur: & facit dictum Bar. in l. divus ff. de custo. reo. quod sæcularis iudex potest

350 DE POTESTA. SÆCUL.

revidere processum quando ab episcopo jubetur exequi. Nec obstat. *cap. si. de excep. lib. 6.* quia loquitur ubi sententia non est evidenter nulla vel invalida. Nec etiam obstat *cap. pastoralis. §. quia vero de offi. dele.* quia secundum Io. An. ubi supr. procedit in executione commissæ inferiori, secus ubi par requirit parem videlicet ordinarius ordinarium. *p. cap. 1. de offi. ordi.*

Item iudex secularis potest declarare quem incurrisse perjurium, quando de hoc non esset dubium, ut tenet *Ludo. in singula. 414* quia lex secularis punit perjurium. *l. si quis major. C. de transact.* ergo etiam declarare potest, quia declaratio est facti secus ubi esset dubium *cap. venerabilem. de elect.* id est quæstio juris, secus ergo ubi esset quæstio facti. per no. *l. Tertia ff. soluto matrimonio per Bar. & alios Antho. & Sicut. in cap. tuam de ordi. cog. per Io. And. & Domin. alle. cap. si. de foro compe.*

AD D E

De iuramenti causa.

Nota licet iuramenti vel perjurij materia sit ecclesiastica, nec laicis conveniat tamen secularis iudex de nullitate absolutionis à iuramento cognoscere potest, tales limitationes dat quinque Felinus in cap. 2. extra de sponsal vide Hippolitum sing. 367 Item quando iudex secularis causam remittere debet tanquam ecclesiasticam, tunc potest parti præfigere terminum ad producendum capitula, ut videat an illa
sint

IN ECCLESIASTICOS. 351

sint relevantia nec ne, Alioquin ad ulteriora processurus. Petrus Gerhardi sing. 58 Rursus nota, quod Iudex secularis possit de perjurio punire & etiam cognoscere, quia crimen est communis fori: hoc est verum quando est clarum, tunc etiam punit & agnoscit secularis, alias quando est dubium, an valeat nec ne, tunc pertinet ad Ecclesiasticum: Pulchrè Romanus per plura Iura sing. 425 & 426 Matthæus Boyß Doctor.

5. Fallentia. de re Ecclesiæ.

Quinto fallit ubicunque per clericum agitur rei vëndicatione contra laicum super re ecclesiæ vel clerici. Id fieri debet coram Iudice laico secundum Innocentium & Doctores in cap. cum sit generale, de foro compe. & ita servatur in presenti regno, licet de jure clerici malefactores suos, & raptores rerum ecclesiasticarum, & invasores (qui sacrilegi sunt censendi) possint sub quo maluerint iudice convenire, ut cap. de viro, 12 quest. 2. cap. allegat. cum sit generale, & cap. conquestus eod. titu. & in fallent, seq. Adde hic quæ scripsi infr, tit. sed, §, 4.

6. In Sacrilego.

Sexto fallit in sacrilego qui puniri potest per iudicem secularem in l. si quis in hoc genus, C. de Episo, & cle. gloss. in alleg. ca. cum sit generale. ubi Hosti. videtur velle secundū Sicu. quod cū agitur ad poenā corporalem